

Hgr.
48. (4)

Agr 78

Z E Æ M A Y D I S
M O R B U S
A D
U S T I L A G I N E M
V U L G O R E L A T U S.

SPECIMEN PHYSICO-MEDICUM
A U C T O R E

F R A N C . J A C O B . I M H O F

A R O V I O - B E R N A S .

A C C E D I T T A B U L A A E N E A .

1 7 8 4 .

A R G E N T O R A T I

T y p i s J O H . H E N R I C I H E I T Z I I , U n i v e r s i t . T y p o g r .

Agr. 78
²⁸
(4^o)

SISTEMA
SUCROF
MATERIAL
DE
MUSEO
ESTACION
CIENTIFICA
EN
LA
TIERRA
DE
LOS
ANDES
PERU
1880

PRÆCEPTORI OPTIMO
IN ÆTERNUM PIE COLENDO
**J O H A N N I
H E R M A N N O**

MEDIC. DOCT. ET BOTANIC. CHEM. ET MATER.
MEDIC. PROF. PUBL. ORDIN.

REGIÆ ACAD. SUECICÆ PRO PATRIA
SOC. NAT. CUR. BEROLIN. ET GEDANENS. SOCIO.

OB

INNUMERA IN SE COLLATA
FAVORIS ATQUE BENEVOLENTIÆ SPECIMINA

IN

GRATISSIMI ANIMI TESSERAM

S P E C I M E N H O C

EA QUA PAR EST

A N I M I O B S E R V A N T I A

O F F E R T

A U C T O R

F R A N C . J A C O B U S I M H O F .

1371 098 01

EXPLICATIO TABULÆ.

Fig. I. Spica feminea tota morboſa, ad §. III.

- litt. *a*. Pedunculus.
- b*. Folii spicæ reliquiae.
- c*. Folia spicam obtentientia.
- d*. Styli.
- e*. Nonnulla germina maturitati propiora fana dissecta.
- f*. Tumor dissectus cui varii alii similes adjacent.
- g*. Genicula pedunculi.

Fig. II. Sectio verticalis intumescentiæ feminis morboſi, quæ interiorem ejus fabricam illustrat. Non ad naturam efficta figura, sed qualis ex plurium observatione abstracta cogitari potest, vulgo *ideale* dicunt. §. VIII.

- A*. Cavum corticis exterioris.
 - a*. Membrana externa, } ejusdem.
 - b*. - - - interna, } ejusdem.
 - c*. Textum celluloſo - vascuſoſum inter utramque.
- B*. Cavum corticis interni.
 - d*. Membrana externa } ejusdem.
 - e*. - - - interna } ejusdem.
 - f*. Textum celluloſo - vascuſoſum inter utramque.
 - g*. Farinæ fanæ parca quantitas.

)

h. Valvula corollæ fana; quæ minus distincte expressa est,
quam hujus figuræ ratio requirere videatur.

n. Pedicellus.

C. Styli, proxime semen; inferior pars morboſa.

i. Canalis styli.

k. Membrana externa } Styli.

l. - - - interna } Styli.

m. Textum celluloſo-vasculoſum inter utramque.

Fig. III. Semen morboſum atque integrum; sed incurvum.

a. Stylus partim morboſus.

b. Ipsum semen morboſum.

c. Basis, qua pedicello infidet.

Fig. IV. Sectio transversalis utriusque glumæ floris morboſæ desu-
per visa.

a. a. a. Et reliqua corpora interiora his similia sunt ipſe val-
vulae utriusque glumæ morboſæ. (pag. 14.)

b. b. Membrana tumorem squatnæ calicis invertiens.

c. Germen, f. semen nondum maturum de reliquo fanum.

d. Substantia interna celluloſa, qualis cuilibet tumoris eſt.
(pag. 8.)



PROOEMIUM.

Quod tractare aggredior argumentum ex Vegetabilium Pathologia depromptum leve procul dubio multis nec satis dignum videtur, Medicō profectuum suorum specimen publicum edituro. Quid enim, dicent, ad medendi artem faciat, defudare in plantarum morbis, aut quid Medici intersit scrutari, vel etiam scire, hoc ne an illo vi-
tio defœdetur planta aliqua, aut hoc ne modo an alio illud malum oriatur? At enim quum omnium rerum naturalium magna sit cum Medicina cognatio; quum sanitatem tueri inter præcipua sit Medicī officia, adeoque quibus salubriter uti possimus in cibo præ aliis nosse juvet, gratiam me meritum esse speravi apud Medicos æque ac apud naturæ curiosos, si hoc quidquid est rei pertractandum sumerem. Accedit illud, quod invitavit me ad operam istam in me fuscipendam Præceptor meus summa veneratione ad cineres usque colendus, Vir de re naturali & medica meritissimus JOH. HERMANN, Medicinæ hac in Universitate Professor celeberrimus, cui publice gratissimam mentem testari me posse hac occasione gaudeo, suastique, quum ILLI morbo adfectas spicas ostenderem, & quid rei esset ex eo quererem, ne oblatam occasionem neglicerem; dignissimam rem esse in quam sedulo inquiratur, quippe partim hucusque non satis examinatam, partim multis auctorum diffensibus celebrem.

Ergo ad laborem illum alacriter me accinxi, & pro virium juvenilium modulo accuratis & saepè repetitis disquisitionibus botanicis nixam morbi descriptionem exhibui, qualis is ē in variis plantæ parti-

A

bus conspicendum præbet; tum experimenta chemica, physica & diætetica, qualia ante me a nemine facta sunt, institui, ut accuratius quid de morbi natura & noxis ab eo exspectandis statuendum sit, si quidem fieri posset, determinare valerem.

Minus ceterum imperfectum hoc specimen foret, si plus temporis quam dimidiā modo testatis partem impendere in observationes meas mihi licuisset.

Hæc præfatus invidiæ livorisque securus æquorum rerum arbitrorum expecto judicium, gavisurus maximopere si placuerim, & gratulaturus mihi, adamati Præceptoris consilium me esse sequutum,

§. I.

Analogia sane mira, quæ tam ratione structuræ quam actionum peragendarum vegetabilia inter & animantia est, suspicari jam facit, illa & que ac hæc a morbis non immunia esse. Inter vegetabilem gentem frumenta præcipue variis distinctisque inter se morbis affici vulgo nota res est. Ex illa cohorte morborum quinque præcipue genera, quæ cum nostro analogiam quandam majorem minoremve habent, frumenta inter nos infestant.

1. CLAVUS. (*Ergot. Mutterkorn*). Secali præprimis, longe minus Tritico infestus morbus, unice semini proprius est; ipsa semina in cornicula majora extus fulco-violacea, intus alba excrescent.

2. UREDO. (*Charbon. Fuligo GINANNI a?*) Brand, Rus.) præcipue Hordeum & Avenam, minus Triticum infestans, partes floris destruit, & in pulverem fulco-viridem vertit.

3. USTILAGO. *Caries. Carbunculus GINANNI?* Carie cl. TESSIER b) Brand. Unice semini infestus morbus & Tritico vix non proprius simul & contagiosus: quo cortex seminis pulvere nigro & foetido repletus est.

a) *Delle malattie del Grano in Erba, trattato storico-fisico.* in Pesaro 1759.
4to. pag. 23.



4. **ABORTUS** *seminum*; *Rhachitis*. *Avortement ou Rachitisme* Cl. TILLETT c), *Gichtkorn*; *Grano Ghiottone* GINANNI d). Interius morbus Tritici, qui grana disformia & inæqualia reddit, iisdemque colorē extus conciliat viridem, exsiccatis autem fuscum. Substantia farinacea nulla intest sed fibrofa, alba, viscidi ad instar frangenda (GINANNI), in exsiccatis (velut opītor); in minus maturis eadem est viscida (glaireuse) e), comprehendens corpuscula mobilia (anguillulas) in exsiccatis seminibus infusione etiam longo tempore post facta reviviscentes. Insuper culmus admodum macilens est & folia contorquentur & liveſeunt, grana nunquam maturitatem attingunt f). Terra mandata ejusmodi grana similem morbum in aliis simul satis granis prōducunt.

5. **RUBIGO**. *Rouille*. *Rosé*. Dicta frumenta omnia aggreditur, rarius utique Secale. Est pulvis plus minusve ferrugineus, qui foliis & culmo quasi adspersus viderur.

Verum morbus *Maydis* a modo recensisit insighiter differt g), ut cum nullo dictorum morborum confundi debeat.

Maydis enim morbus characteres privos & sibi tantum proprios habet; ut is recte peculiare genus morbi constituere mereatur; neque degenerat in pulverem nigritum, nisi prægressis antea effectibus propriis, quos in nullo alio frumenti genere, sese observasse Cl. TILLETT h) dicit.

Eo affecta pars intumescit, ejus substantia latice aquoso ab initio perfunditur, eoque turget; eujs deinceps locum pulvis nigricans occupat. Ceterum vix ulli plantæ parti paret.

b) *Traité des maladies des Grains*. Paris 1783. 8vo.

c) *Dissertation sur la cause qui corrompt les Grains de blé dans les épis*. Bordeaux 1755. 4to.

d) Lib. cit. pag 35.

e) Cl. ROFFREDI *Mémoire sur l'origine des anguilles du blé rachitique*; in *Journal de Physique de l'Abbé ROZIER*, Tom. V. Janvier 1775.

f) TILLETT l. c.

g) Quantum falso ex novissimo & præstantissimo libro eit. Cl. TESSIER aliorumque autorum Cl. TILLETTI, CLAYMEN &c. monumentis eruerè putui.

h) *Hist. de l'Acad. Roy. des Sciences de Paris*, an. 1760. pag. 86.

Quum vero præsternit singularem industriam in diversis morbo affectis plantæ partibus fixerim, & id ideo, quia Cel. TILLET & AY-MEN, qui hoc de morbo meruerunt, vix illas tetigerunt, non possum non ad faciliorem intellectum ipsius status morbos, quin descriptio-nem plantæ & quidem paulo exactiorem quam hucusque data est, premittam.

§. II.

Descrip-tio bo-tanica. **ZEA MAYS LINNÆI** in Systemate ejusdem sexuali ad Monocrias Triandras i) pertinet. Determinant vero genus ZEÆ hæc:

MASCULI in spicas laxas dispositi,

Cal. GLUMA biflora, bivalvis: valvulis ovato-oblongis, muticis.

Cor. GLUMA bivalvis: valvulis oblongis, muticis; longitudine calicis. NECTARIA duo, compressæ, brevissima.

Stam. FILAMENTA tria, capillaria. ANTHERÆ quadrangulæ, quadri-loculares, apice dehiscentes.

FEMINEI in spica densissima I) infra masculos, in eadem planta, foliis obtecta.

Cal. GLUMA propria bivalvis: SQUAMIS subrotundis crassis, brevissi-mis, exteriore crassiore n).

Polyga-mi cul-mi.

i) Polygamia culmi a L. B. VON GLEICHEN (in libro cui titulum fecit: *Das neueste aus dem Reiche der Pflanzen &c. Nürnberg 1764.*) de-scripsi admodum frequenter mihi occurrerunt: utramque spicam tam ma-scularum quam feminineam hermaphroditas, sive ex utraque mixtas, esse sepe ob-servavi, illam staminiferam semina ferentem L. B. VON GLEI-CHEN L. cit. nominat; hanc ab autore non ob-servatam seminiferam stamina gerentem nuncupabo; novo argumento Polygamiam classem LINNÆI rejiciendam esse. Status is quidem evidenter præternaturalis est; ejusmodi enim spicis vix atque vix quidem adeo perfecta & torosa semina sunt, qualia spicis feminis perfectis esse solent.

I) Spicam feminineam instar masculinæ laxam, raro utique ob-servavi, imper-fectam admodum neque profecto a morbo immunem.

n) Gluma uniflora est, coriacea, longe durior & crassior illa corollæ, ex-septa ejusdem summa parte valvulis corollæ simillima.

Cor. bivalvis o): VALVULIS membranaceis, latis, brevissimis, perſiſtentibus.

Pift. GERΜEN minimum. STYLUS filiformis, omnium longissimus. STIGMA simplex verſus apicem pubescentis.

Per. nullum. RECEPTACULUM COMMUNE p) maximum, longum excavatum q), in quo ad dimidiā partē demerſi ſunt fructus r), calyce & corolla propria cincti.

*Inferior squama ſuperiore crassior, immediate e margine inferiore re- Cal.
ceptaculi floris proprii, ſcutellam nominabo, continuatur, ſeu potius Glumae
ipſe margo in ſquamam productus eft, hinc perſiſtentis, neque eveli potefit. defcri-
ptio ♂*

*Superior squama ſemen ad duas tertias partes amplectens, & ſcutellae
& pedicello innata eft, quod evidenter & videre & experiri quilibet potefit;
licet enim frequenter mihi acciderit, ut quam ſemen ſimul cum pedicello
avellere, is hanc ſquamam ſimul fecum traxerit, hinc eam pedicello
accrēviſſe pateat: tamen haud minus frequenter contrarium expertus ſum,
ſcilicet pedicello evulſo valvulaſ itam ſcutellae affixam remanifite.*

*o) Quin potius quadrivalvis irregularis? valvulis ſubrotundis ſplendentibus, Corolla
albis, diaphanis, ſemen baſi amplexantibus. Tres valvulae ſemine inferiores, quadri-
majores; quarum prima minima a tergo ſecundae poſita; haec, plus minus valvis.
plicata, tertia atque ſimul maxima ſemini proxima incubens. Unica val-
vula ſemine superior, minor & plicata.*

Producuntur valvulae omnes, diſtantes paululum, ex ipſo pedicello.

*p) Adſunt & receptacula binis floribus propriis, communi receptaculo quaſi Recep-
inculpa; loculamenta ſciliſſet ſeu ſcutellae oblongae peculiari epidermide ptacule
glabra pubefcente quidem intus veltitae, atque transverſim ſitæ; quarum propria
margo inferior producitur in utramque ſquamam inferiorem calicis utrius- ſeu ſcu-
que floris; Superior autem, vix illus, terminatur ad marginem inferiorem tellae.
ſcutellæ proximæ superioris: uterque margo lateralis uti dexter ita etiam
finiſter liber eft. In qualibet ſcutella hospitantur bina ſemina juxta ſe invi-
cem locata.*

*q) Primo quidem intuitu tale utique appetet; quod vero curatiuſ examina-
tum nullatenus excavatum eſſe cuilibet patebit; ipſe enim ſquamæ calicum
præcipue inferiores rigida admodum ac craffe, illi hanc ſpeciem conciliant.*

*r) Semina utique ad dimidiā partem calici & corollæ obſervantur immersa, Pedi-
imo profundius quoque posteriori, minime vero receptaculo ipſi; e contra
quodlibet ſemen pedicello, (Fig. II. n.) quinque circiter lineas alto, ne-
que ultra tres extra ſcutellæ fundum eminentia, infidet; quorum ſemper celi.
bini e communi receptaculo, proprium perforantes, emergunt. Oriuntur*

Sem. solitaria s) (post singulos flores), subrotunda, basi angulata, compressa t).

*Ortus
pedicel-
torum.*

hi pedicelli ad circumferentiam ipsius medullæ; inde vero radiatim ac horizontali tramite progradientes, perforant duram lignosamque receptaculi communis substantiam. Semen quandoque cum integro pedicello simul evelli potest, ut tunc vero stipitatum cernatur. Pedicellus ipse ex stratis fibrosis, lamellas formantibus, compositus est, quarum exteriores in valvulas corollæ producuntur; interior fibrarum fasciculus ipsum semen elevat.

*Recep-
ptaculi
commu-
nis con-
positio.*

Receptaculum commune vulgo quatuor columnis seminigeris, quæ conjunctim integrum circulum absolvunt, formatur, quarum *longitudo* eadem ipsius spica est; *latitudo* vero cujuslibet est illa receptaculi propriæ seu scutella. Ita saepe columnæ evidenter distinctæ atque distantes cernuntur. Earum quævis in tota sua longitudine transversam in tot scutellas, quot semina unum ordinem absolvunt, quasi exsculpta est.

Quilibet scutella, quæ biflora est, duo semina juxta se invicem posita recipit, hinc octo vulgo ordines semen in rectis lineis digesti in qualibet spica observantur; raro spica decem, imo duodecim ordinibus semen occurunt, quales nonnullas videre contigit; ejusmodi vero spicarum receptacula communia quinque & sex columnis formantur.

*Styli
infer-
tio.*

s) Bina tamen in quolibet receptaculo proprio seu scutella.
t) *Depressa* sunt semina utrinque, superne & inferne plana; *superior* seminis facies corpore graniformi parvo, quod in longe plurimis medium ejus regionem obtinet, notata, quod ipsum *corculum* est. *Styli infer-
tio* locus in semine maturo admodum obscurus est; verum inter innumera illa semina quæ hac de causa diligenter perquisivi nonnulla reperi, quibus stylus adhuc fuit; inseritur is scilicet proxime ad verticem illius zone albie, quæ corculum cingit, ubi quandoque ejusdem reliqua conspicuntur.

Semen insuper *duplici*, quo farina includitur, corice instructum est; *exterior* crassior & splendens evidenter productio alicujus strati fibrosi pedicelli est, isque vere in ipsum stylum abit; quod ex morbois seminibus definceps luculentissime patebit.

*Sub-
stantia
farina-
cea tri-
plex.*

Semina insuper varii coloris flava, rubra, purpurea &c. sunt, adeo ut TABERNÆMONTANUS sedecim & ultra diversas species numeret, quæ autem ne vix quidem totidem varietates constituant; quippe admodum frequenter spicæ reperiuntur, quarum una eademque semina flava & virideſcen-
tia &c. itaque ipsa diversi coloris puncta habent. Ea varietas quæ flava semi-
na profert omnium maxime aëtimatur omniumque vulgarissima est.

Substantia farinacea in exsiccatis triplex distincta appareat. *Prima exte-
rior* durissima, cornea, flava (in seminibus flavis) diaphana; *secunda in-
terior*, priori inclusa, albissima, friabilis, stricte farina dicenda; *tertiæ cor-
culum includens*, priva utique & distinctissima secundæ profunde basi im-

§. III.

Quum vix non omnes partes hujus plantæ, isto, cuius naturam pandendam suscepi, morbo afficiantur, singulas ordine nunc pertrahabo; a spica feminea tanquam parte præstantiore plantæ incepturus.

Spica feminea morboſa facili negotio a quolibet, cæteroquin rei *Quo*
ignaro, in agro deambulante, agnoscitur eo, quod folia spicam, va-*spica*
ginæ ad instar, obtegentia ob insigne auctum illius volumen plus mi-*morbosa*
nus distenta & expansa videantur (Fig. I.), spica ipsa monstroſa,
plus minus nuda, sub oculos cadat, eadem quoque vix non semper
brevior sit fana, ſepe breviflma; cuius ratio inſra luculentius patescer.

Ablatis foliis spicam obtegentibus, eadem, si tota quanta morboſa, quod ſolenne eft, unam continuam congeriem tumorum ſiftit, (Fig. I.) extus argenteo colore ſplendentium, qui in adultis pulve-rem nigrum, quin potius cum levi viriditate fulcum per involucrum pellucentem includunt.

Magnitudo adulorum tumorum, haud ultra crescentium, di-*Magni-*
verſiſſima eft, ab illa quæ pifo minori eft, ad eam usque ovi galli-*tudo tu-*
nacei mediocris: pauciflmi ultra progrediuntur; neque omnes in-*morum.*
termediae magnitudines in qualibet Spica occurrere folent.

Figura tumorum vix ulla constans datur, diversa pro varia parte *Figura*
ſpicæ affecta & tumorum proximorum figura & magnitudine; hinc *tumor-*
alii pyriformem, globosam, conoideam, cylindricam, convexo-*rum,*
concavam, carinatam mox rectam (Fig. II.) mox incurvatam (Fig.
III.) formam æmulantur: alii in acumen defiunt (Fig. III.), alii
obtusi, alii compressi ſunt, alii intus toti celluloſo textu repleti (Fig.
IV.) rurſus alii intus vacui (Fig. II.) ſunt.

Horum tumorum habitum curatiuſ examinanti ſtatiū animad-*Duo ſta-*
vertere datur, ſingulos, pro varia ætate, iſfignes atque miras muta-*dia tu-*
tiones oſtendere, quæ quidem ut melius perſpiciantur, duo ſtadia *morum,*
notabilia diſtinguere operaे preſtium duco.

merſa, separabilis & minus alba, atque vere oleofa ita ut inter digitos
preſſa oleum fundat; eique ſapor nuciſ avellanæ eft: in facie ſuperiore in-
tegris ſeminis modo confiſcua, ibidemque zonam albam conſtituens.

*Sta-
dium
Incre-
menti.*

Primum stadium *Incrementi*, quo scilicet tumor omne suum incrementum acquirit. In hoc stadio tumor disiectus intus cernitur tanquam substantia fungosa (d. Fig. IV.), satis quidem compacta, quæ cellularis est & tota alba; dein sensim spongiosior evadit, inde vero cellulae ampliores redduntur, latice limpidissimo, crystallino turgidae, cujus quantitas sensim augetur, quemque manu presso tumore, cellulae plorant inodorum ⁱⁱ⁾ insipidumque prorsus. Unde etiam intelligitur tumores ipsos cellulis copiose latice distentis magnitudine augeri; verum tumores sensu stricto quoque crescere mihi visum est. Hunc apparatum includit simplex & unica membrana b. b. (Fig. IV.) a substantia cellulari inseparabilis istique continua, extus polita, candida atque splendens, per quam guttulae laticis crystallini translucent.

*Sta-
dium
Conver-
sionis.*

Alterum stadium, *Conversionis* mihi vocare liceat, sequentia absolvunt. Tumor ubi ad hunc terminum pervenit, in conspectum mox prodeunt ad ejus basin, & quidem in meditullio sive axi, puncta fusca pulverem datura, que brevi augmentur & volumine & copia; una cum interjecta substantia cellulari alba, dædaleis sinibus discurrentia. Sensim vero deinde puncta illa fusca incrementa capiunt, decrescit intermedia alba substantia ac simul ipse latex, cuius in locum, substantia illa fusco viridis, nunc vero declaratus jamjam pulvis, per involucrum album translucens cedit. Quo in statu si non decerpuntur tumores iti, maceratur eorundem involucrum, putredine inficitur rumpiturque. Eodem tempore pulverem istum fistere pultem admodum nigram plus semel vidi; atque mox deinceps totam putrescentem spicam simul cum pedunculo, præ nimio pondere a culmo suo decidere semper observavi.

Amicissimus GERTNERUS litteris me docuit, se in agro Hanoviensi duas species spicarum morbosarum, quas differentes esse putat reperiisse; alteram cuius spicæ pulvere roseo partim obtecta, partim vero ipsa integra semina, (tumores meos sine dubio intelligit) in tam-

ii) Cl. TILLETT in *Mém. de l'Acad. Roy. des Sciences de Paris*, année 1760. & Cl. BONNET in egregio libro *Recherches sur l'usage des feuilles*. Gotting. 1754. pag. 328. eundem fœtidum dicunt.

lem pulverem transmutata sint; alteram vero cui loco pulveris rosei pulvis niger sit. Roseum hunc pulverem prorsus nunquam mihi animadvertere contigit, neque intra tumorum subtilitatem, neque tumores eodem extus conspersos vidi, utique haud raro ipsam membranam tumorum, præcipue in culmo & foliis occurrentium, roseum colorem referre observavi.

Ipsa interna tumorum fabrica cellularis adhuc melius perspicitur, cum exsiccantur atque dein per longitudinem dissecantur; eo-
rum tumo-
rundem involucrum nunc valde tenuerit, papyraceum & excusso
pulvere impalpabili, quo cellulæ turgent, ipsæ luculentissime patent;
sunt enim istæ plus minusve amplex longæque, ut canales posses patet
nuncupare; non raro enim bipollicari longitudine easdem vidi. Ea-
rum cava, longe plurima, non cylindrica sunt, sed angularia, multa
simplicem rimam sicut sunt, cum axe tumoris parallela: cellulæ ipsæ
componuntur membrana tenuissima, & si hæc a polline libera effet,
alba, fibrillis plus minusve conspicuis picta, quæ totidem vascula
sunt. Structura hæc interna non in omnibus prorsus eadem cernitur,
in multis enim evidenter magis fibrofa quam cellulosæ est, præcipue
ad tumorum basin; quod ejusmodi tumores ipsi cortices seminum,
pluribus vasis prædicti, sint, deinceps patebit. De ipso polline infra
uberius dicendi erit occasio.

§. IV.

Anni tempus quo morbus oritur & primum momentum quo *is a Tempus*
rei gnaro agnoscere potest determinare non possum; ego enim morbum *quo*
primas spicas infestantem non in suis cunabulis inveni; quia morbus *morbus*
non nisi quum jam aliquousque progressus effet, prima vice obser-
vavi. Scilicet casu fortuito primum mihi die 9. Augusti præteriti anni
vibus est. Verum eodem tempore, quum segetes curatius perquirerem,
jam putrescentes spicas brevi decisuras reperi; attamen spicas mor-
bosas vix non omnis ætatis, si excipias morbi primordia, observavi;
forsitan & hæc ipsa quoque aderant; sed quum tota hac de re antea
nullo modo essem præmonitus, & ea me maxime ac primum invit-
arent, quæ erant præ aliis conspicua, subduxerunt se ista sine dubio meis
oculis. Nam observationes certæ me edocuerunt, quod morbus meus

non uno eodemque tempore omnes culmos, qui morbos futuri sunt, aggrediatur. Sed eosdem, pro varia anni tempestate & solo, æque ac regione diversa & causa occasionali, nobis quidem ignota, ocyus ferius superveniente, ac pro ætate individui cuiuslibet maturius aut tardius quoque morbo affligi debere, ratio docet. Verum multoties affectas jam vidi spicas tenellas valde, atque vix formatas, tempore quo spicæ sanæ jam semina matura gerfere; hinc ratio cur illæ breviores sint, sanis. Exinde elucescit, quod meæ me partim docuerunt observationes, spicas penitus morbosas esse spicas ferotinas; quod quoque Cl. TESSIER ^{x)} & Cl. AYMEN ^{y)} in morbo tritici *Charbon* dicto observaverunt. Haud minus frequenter observavi, quod ex infra dicendis clarius elucescat, morbum meum aggredi quoque spicas quæ adultiores & jam multo perfectiores prioribus sunt. Nonne morbus has serius aggressus est illis? Axis enim spicæ semel penitus morbo infectæ vix amplius crescit. Cl. TILLET ^{z)} de nostro morbo in Gallia observato dicit, quod is versus finem Augusti vel initio Septembris demum se manifestet, sed addit, illum sine dubio maturius jam se se manifestare.

§. V.

*Hist. via lit-
teraria.* Antequam ulterius progredior, paucis ea sunt prælibanda, quæ scriptores, parco quidem numero, de meo morbo suis monumentis mandarunt.

Quantum ego in evolvendis scriptoribus omnis ævi reperire potui, Cl. BONNET ^{a)} primus de meo morbo mentionem facit, quem autem valde improptie *Bosse* vocat, iste enim morbus apud Cl. TESSIER lib. c. pag. 217. idem est ac ille Gallis *Carie* dictus; simul etiam tumoris cuiusdam iconem nobis dat, quem egregius vir perinde ac omnes ii, qui post eum morbum Maydis descripserunt falsissime sane,

^{x)} Lib. cit.

^{y)} *Mém. des Savans étrang.* Tom. IV. pag. 364.

^{z)} *Hist. de l'Acad. Roy. des Sciences de Paris*, an. 1760.

^{a)} Lib. cit. pag. 327. Tab. XXXI. fig. 10. 11. pergit, dicens: *cette maladie produit des alterations extrêmement singulieres, & que je ne sache pas, qui aient encore été décrites.*

uti deinceps monstrabo, pro ipso semine morboſo habuerunt. Tu-
mor, quem Cl. BONNET describit & delineandum curavit, eſt valvula
vel ſquama glumæ morboſa.

Cl. TILLETT b) eundem morbum quoque descriptit, & in eo
conſiſtere docuit: „quod excreſcentia fiat in parte affecta, quæ cum
planta continua ſit (fait corps avec la plante) c), atque evidenter
adſit abundantia ſuccorum & obſtructio inſignis in utriculis, vel textu
cellulari. Qua ratione autem ſpica feminine atque ſingulæ ejus par-
tes affectæ ſint, prorsus tacuit d). Ejus tractatus in lingua ger-
manicam converſus & duabus annotationibus auctus proſtat in *Hanoveriſch. Magaz. 84. Stück, Octob. 1768.* pag. 1330. auctore Ano-
nymo (J. B.) Interpres tumores illos iudicat ſpeciem aliquam para-
ſiticam Lycoperdi eſſe, quam Lycoperdon Zeæ nominare amat. Sic
& Cl. BECKMANN e) de morbo Zeæ Maydis in Gallia & Helvetia en-
demio f) mentionem facit, quod ſcilicet variis plantæ partibus præ-
cipue autem ſpicis innatatur noxia ſpecies Lycoperdi, & revera
primo aspectu Lycoperdo ſimilis eſt tumor, mollitie & pulvere ni-
gro, ut facile in illam opinionem induci poſſit aliquis, præcipue qui
noverit, alia quoque Lycoperda plantarum foliis innati, Lycoper-
don epiphyllum LINN. Lycoperdon cancellatum, L. penicillatum, &
L. corniferum MULLERI in *Fl. Dan.* Atque ita etiam ſenſit olim
optimus Præceptor HERMANNUS, qui in recenſione FORSKOHLLII de-
ſcriptionis animalium *Itin. Oriental.* Cl. BECKMANNI *Biblioth. Physic.*
Oeconom. T. VII. p. 135. iſerta, dicit: „ex quo initio Augufti

b) *Hift. de l' Acad. Roy. des Sc. an. 1760.* quo ſimul dicit ſe nullum au-
rem noſſe, qui ante ſe peculiarem hunc morbum deſcripſerit.

c) Hoc de tumoribus in culmo & foliis intelligitur, ſtructuram enim ſpicæ
morboſe minime perſpexit.

d) En ejus verba! un'épi eſt en partie ſain & en partie malade; ſou-
vent le mal ſe borne à la pourriture de quelques grains; ſouvent l'épi
eſt entièrement corrompu, tandis que les balles qui l'enveloppent ſont
parfaitement conſervées.

e) *Grundſ. der deutſch. Landwirthſch.* S. 175. Göttingen 1769. S. 142.
ed. II. 1775.

f) Litteris me docuit amicissimus GÆRTNER morbum meum in agro Han-
vienſi, ubi Zea copioſe colitur, anno præterito ſimiliter frequentiſſimum
fuille.

1776. temporē pluvio super spicis Zeæ Ustilaginem obseruavit, forma Lycoperdi, magnitudine nucis Juglandis & ultra, carne laxa, spongiosa, albida, cuius superficies tota in pulvrem nigrum resolvetur, se fere certum esse & persuasum sibi habere, quod Ustilago ad Fungorum classem referri debeat. Verum nunc meis obseruationibus edocitus lubens mutavit sententiam.

Cl. AYMEN eodem fere anno quo Cl. TILLET morbum hunc obseruavit & nomine valde quidem improposito *Charbon* dicto descripsit *g*). In eo quidem errans, dum eundem pro semine ex defectu fecundationis monstrosum factum esse censet, & omnes tumores spicam obsidentes indiscriminatim pro totidem feminibus monstrosis habet.

*Alius
morbus
May-
dis.*

Idem autor annis 1751, 1752. alium morbum Zeæ Maydis, quem *Nielle* (*Uredinem*) vocat, a nostro, ratione partium affectarum, diversissimum; obseruavit *h*), & in eo consistere dicit: quod unice antheræ (*sommets*) morbo afflentur absque ullo vitio filamentorum ullove reliquarum partium florum masculinorum; & quod omnes flores spicæ masculinæ ejusdem culmi morbo teneantur; pariter spicas femineas polline confinium culmorum fecunditas hoc morbo prorsus immutata esse, asserit. Antheras ipsas pulvere fusco vel nigro, sensim autem admodum distendi tandemque rumpi atque istum pulverem fundere. Quum is morbus mihi prorsus non obvius factus sit, nihil de eo addere possum. Multum quidem analogiae ratione ejus ortus cum meo præ se fert: utrum modo differat ratione partium affectatum, non decidam.

§. VI.

Perveni nunc illuc ut propriis obseruationibus ostendam, quatenus illorum tumorum sit indoles, simul & partes plantæ quæ morbo hoc infestantur.

*Tumo-
rum In-
doles, s.
Natu-
ra.*

Tumores illos spicam obsidentes supra (§. III.) jam descriptos falso Cl. TILLET pro excrescentiis (*Auswuchs*) habet *i*), sunt enim veræ

g) Mém. des Savans étrang. Tom. IV. 1763. pag. 361. Le Mays est sujet à une maladie, qui n'a pas été jusqu'ici observée, ou du moins décrite par aucun des écrivains que je connais.

h) Ejus descriptionem dedi in Lib. cit. Tom. III.

i) Idem autor loc. cit. doctet morbum meum consistere in abundantia & his

Intumescentiae (*Anschwellungen*) diversarum partium flores constituantium, quas morbus aggreditur. Quia ratione ejusmodi intumescentiae fieri possint, quales in primo stadio morbi observantur; quilibet aliquomodo perspiciet, qui structuram partium vegetabilium vel modice callet. Quo vero modo alterum stadium morbi oriatur; haud facile dictu erit.

Extus tumores vestiuntur simplici membrana valde tenui; quae ipsa epidermis ejusdem partis affectae est; internam ictius membranam superficiem pingit stratum fibrillarum, serpentino modo reptantium; que totidem vasa sunt *k*). Aliam membranam huius interiorem, ab ea distinctam separabilemque, illam neimpe quam Cl. DE SAUSSURE *l*) corticem appellat, non inveni; istas autem fibrillas rete corticis ejusdem autoris esse, vix dubito. Hoc stratum sequitur cellulosus ille apparatus supra pag. 8. iam descriptus, canales potius dicendi, qui pulvere turgent, & quorum parietes evidenter fibrillis pinguntur, qui ipsum sic dictum pareichyma est. Omnes dictas fibrillas spiralia vasa esse, verosimile videtur, ex eo, quod medulla spiralibus vasibus carens, a morbo immunis, uti infra videbimus, deprehendatur. Figuram autem suam naturalem ideo sine dubio perdiderunt, quia insignem expansionem passa sunt.

§. VII.

Quum in partes plantae morbo affectas accurate studioseque inquirere autores prorsus neglexerint *m*), ego multa cum cura easdem

mia affluxu fucci nutritii ad alicujus partis plantae utriculos seu textum cellularare. Observationibus enim comperisse se dicit; morbum infestare culmos robustissimos torosioresque & pluribus spicis praeditos; verum admodum frequenter contrarium prorsus observavi.

k) Quod preprimis in cortice feminis exteriore morbo pulcre & distinctissime conspicitur; in valvulis utriusque glumae sanis rete pulcherrimum vasorum oculus armatus quoque detegit.

*l) Observations sur l'écorce des feuilles & pétales. Geneve 1762.
m) En ea, quæ Cl. TILLET loc. cit. habet: cette maladie attaque tantôt la tige, tantôt les feuilles, communément l'épi & quelquefois les étamines.*

perscrutatus sum; quas nunc ordine exponam. A spica feminea incipiam.

Diver-
sie spi-
cæ par-
tes mor-
boſæ. Nunquam omnes spicas ejusdem culmi morbosas reprehendi.
Summus gradus morbosæ spicæ ille est, in quo ne quidem unicum fanum & perfectum semen reperitur, sed ubi omnes & singulæ partes florum intunescentias sifunt & intus pulverem condunt; talis spica præ nimio pondere & putrido pedunculo tandem decidit.

Minor gradus ille est, quum vel pars superior spicæ tantum, vel inferior, basis scilicet, morboſa fit, reliqua vero perfectissima semina habet. In priori caſu apex spicæ decidit, hinc spica matura ceterum sanissima truncata est. Vel uterque spicæ finis morbosus est, media ejusdem pars sanissima; verum in hoc caſu spica non decidit, quia malum non omnes florum partes baseos spicæ tenet. Dantur & spicæ, in quibus unus & alter imo tres vel quatuor integri ordines florum morbosæ sunt, reliqui vero ordines sanissimos flores habent. Nonnullæ spicæ modo hinc inde monstroſos flores habent; ita ut tumores fasciatim occurrant; hinc ratio cur in spica matura, ſepe hinc inde loca feminibus nuda obſerventur. Non ſemper indiscriminatim omnes & singulæ floris partes morbosæ sunt. In eodem flore utraque calicis squama morboſa ſepe occurrit; valvulis corollæ vel omnibus vel una aut altera tantum, vel nulla fana, & vice versa. Intunescentiae squamarum calicis vix non ſemper maximæ ſunt; angulares, compressæ &c incurvatae ut plurimum. Illæ corollarum corticem ſeminis morbosum proxime ambientes, carinatæ, convexo-concavæ, cucullatae; remotiores autem cylindrica, lanceolatae vel conoidæ &c. ſunt. Vel utraque gluma fana est, quum ſemen unice monstroſum ſit, vel vice verla (Fig. IV.), quod quidem rariſcule obſervatur, ita tamen ut in tali morboſa spica, idem ſepiuſ occurrat. Ut paucis dicam, omnes fere poſſibiles combinationes & modifications respectu partium morbosarum ad fanas & harum ad illas in spica feminea morboſa obſervavi; quas omnes exponere ſuperfluum duco.

nes. Cl. AYMEN loc. cit. pag. 362. la ſubſtance interne des grains charbonnés eſt noire & compoſée de filets, couverts d'une pouiſſere noire &c. & pag. 363. j'ai obſervé aux feuilles de la gaine & aux tiges des tu-meurs, qui &c.

Le vice des styles occupe pour l'ordinaire leur baſe &c.

§. VIII.

Jam singularem morbosí semenis fabricam, quæ constans atque *Semen* semper eadem est, sed nulli auctori adhucdum perspectam, ostendam. *morbos* *semis*

Supra jam docui semen duplici cortice instructum esse, quorum interior in semine morbosó egregie atque distinctissime appareat, minus in statu semenis fano. Utrique una eademque structura est. Circa eorundem status fani descriptionem non morabor, quum is optime ex eorum volumine insigniter auctorum morbosó statu eluceat. Morbosus autem status ejusmodi est.

Exterior cortex efformatur duplici (Fig. II. *a.* & *b.*), tenuissima *Exte-* totidem quasi fascos sistente membrana, exteriori *a.*, interiorique *b.*, *cortex* hæc corticem internum *d. e. f.* respicit eumque proxime arabit; inter utramque membranam *a.* & *b.* jam supra memoratus apparatus vasorum & cellularum *c.* pulvere referatarum reperitur, prout in reliquis intumescentiis floris partium (*d.* Fig. IV.) observatur & partim jam dictum fuit *n).* Differt autem cortex hic exterior morbosus ab omnibus reliquis intumescentiis essentialiter, eo, quod, quum in statu naturali cavum, vesice alicui simile, formet, quod corticem internum, atque hic ipsam farinam condit, ita idem morbosus cavum prægrande (*A.* Fig. II.) relinquit, cuius parietes æque politi & argenteo colore splendidi sunt, ac superficies exterior ejusdem corticis: eandemque formam pre se ferunt reliqui tumores omnes, quamvis haud eadem illis sit fabrica.

Eadem prorsus fabrica cortici *interiori* (*d. e. f.* Fig. II.) est, & *Inte-* *rior* *cortex* *tex* *fe-* *minis.* eadem ratio; ita tamen ut longe rarius intumescat.

Ceterum in his semenum tumoribus varias quoque modificationes & varietates reperi, quas sicco pede præterire non licet; frequentil-
time sic inveni.

Cortex *exterior* in insignem molem intumescit, quæ sæpiissime pyriformis sæpe tamen quoque globosa esse solet, & cavum prægrande tumori plus minus proportionatum intus tenet, quod corticem

n) In plurimis majoribus speciminiibus ad basin corticis exterioris contextum dense stipatum, maxime ex fibrillis constantem, pauciore textu celluloso intermedio deprehendi, ille sūlum versus aucto textu celluloso sénsum laxior fit.

internum recipit, qui sanissimus est, minor tamen quam in semine perfecto & maturo esse solet, atque liquore lacteo plenus, qui lapsa temporis exsiccatur, tunc sifit farinam albam atque sanam, quæ corticem, qui fundum cavi occupat, ad quadrantem, mox plus mox minus, implet absque ullo vestigio corculi.

Cavum corticis *exterioris*, cuius nullus laudatorum autorum meminit sepe decies volumen corticis *interni* fani superat; sepe is farina plenus: multum vero abest ut perfectum atque torofum semen æquet: corculi nullum quandoque vestigium reperitur; quandoque autem utique corculum præsens conspicitur o), quamquam non adeo perfectum ac in semine illibato & maturo. Admodum frequenter cortex interior fatus prorsus omni farina destituitur, tunc sifit vacum membranaceam atque diaphanam vesiculam, quæ circum circa libera est, excepto eo in loco, quo pedicello innata est. Sæpe in fundo corticis externi morboſi, nil nisi vestigium marcidi germinis vix visibilis adest. Haud raro interior cortex (d. e. f. Fig. II.) simul intumescit plane eodem modo ac exterior, cuius cavum sepe adimplet, ita tamen ut superficies exterior d. interioris corticis cum interna b. exterioris corticis nunquam concreſcat, sed distinctos globos concentricos basi tantum connexos forment; talis cortex internus morboſi, qui intus pariter ac exterior cortex cavum B. (Fig. II.) plus minus spatioſum, pro recipienda farina (g. Fig. II.) habet, fere semper farina destituitur. Hac occasione memorabilis exempli, quod semel tantum mihi occurrit, mentionem faciam, quod demonstrat ipsum corculum quandoque etiam adefeſe, cortice licet utroque, interiore quidem non integre, morboſo. In eodem semine morboſo Singu- lare ex- emplum obſervavi, roſellum longitudine pollicari, absque conspicua plumula, ſeminis corticem internum tumidum & vix ad quartam partem farina cete- morboſi. rum fana impletum, in vaginam cylindricam brevem protrufiſſe, hac que perfoſſa intra utramque membranam (a. & b. Fig. II.) corticis exterioris pariter morboſi ulterius progreſſum eſſe, e quo loco roſellum pulvere conſperſum extraxi.

Sæpe

o) Quod contra Cl. AYMEN lib. cit. p. 363. teſtatur, qui uti videtur, nul- lum tale morboſum ſemen unquam oculis uſurpavit.

Sæpe de cortice interno feminis ne vestigium quidem videre est, sed tunc quoque nulla farina adeft. Haud raro uterque cortex deeft, ita ut pedicellus truncatus quasi videatur.

Sequenti ergo tabula omnes mihi vias diversitates breviter fistam.

Exteriore cortice morboſo exiſtente

Interior vel abeft, vel adeft, & tunc vel

fanus, ſimul & vacuus eft; vel

fanus, - - farina, vel totus, vel vario gradu repletus, vel

morbosus, - - - vacuus; vel

morbosus, - - farinam recondens. (Fig. II.)

De iſpa farina feminis morboſi illud mihi dicendum ſupereft; quod in tot mille intumefcentiis feminum, quas studioſe examinavi, nunquam iſpam farinam ullo modo morboſam & in pulverem nigrum verſam, vel loco farinæ fanæ pulverem iſtum p) deprehenderim; verum conftante lege obſervaverim corticem feminis interiorem vel prorūſ farina caruifē, hinc vacuum eundem me reperiſſe; vel faniffimam farinam condidiſſe, exteriōre licet cortice morboſo. Quandoque femina cæteroquin fana & perfecta occurruunt, quorum cortex externus in aliqua parte tantum intumuit, quod etiam Cl. AYMEN lib. cit. p. 363. obſervavit.

§. IX.

Jam Styli degenerationem expositurus sum, que qua ratione fiat, ante me nemo, ni fallor, dixit. Eſt ea tanto memorabilior, *Styli morboſa fabrica* quo luculentius ex morboſo ſtatu fabrica illius illuſtratur.

Siste tibi Ben. Lect. corticem externum morboſum, (b. Fig. III.) atque ſursum in cylindrum, craffitie circiter calami ſcriptorii, aut in conum (a. fig. ead.) productum, longitudine unius pollicis aut duorum, & habebis iſpius morboſi ſtyli, quoad exteriōrem formam, rationem. In interiōrem fabricam ſæpe & reiteratis tentaminibus inquisivi, adeo ut de ea certiſſimum me & plane conviictum eſſe affleverare queam. Scilicet si cortex exteriōr feminis morboſus & ſtylo pariter morboſo prædictus,

p) Quod Cl. AYMEN loc. cit. pag. 362. & TILLET loc. cit. & Cl. BONNET lib. cit. pag. 328. putant & docent, ut ex eorum verbis patet.

secundum longitudinem dissecetur (Fig. II.), tota ejus fabrica C. luctuenter appetat.

Canalis styli i. in recentissimis quoque prorsus vacuus est q), & si cum statu sano comparetur, amplissimus. Canalis is cum cavo prægrandi A. corticis exterioris, in quo cortex internus e. d. f. inclusus est, immediate communicat atque continuatur; ita ut membrana interna corticis exterioris b. simul interna ipsius styli l. sit, quæ canalem styli i. format, & ex illo in hunc producatur; eodem colore argenteo, glabritie & splendore prædicta est ac illa corticis seminifera & exteriorem corticis membranam continuari in membranam styli externam & illius (cort. exter.) vascula produci in ipsum stylum usque, quilibet, qui vel obiter rem tantum examinat, perspiciet. Utrum haec vasa sint tubuli corculiferi (*Keimröhrenchen*) L. B. VON GLEICHEN r) num ne, ego non decidam; verum de aliis vasibus, præter suos tubulos, ne quidem iste cogitat s); ea autem, quæ ego vidi, vasa, istum usum, quem de suis tubulis corculiferis VON GLEICHEN prædicat t), sane haud præstare possunt. Nec magis video, qua ratione, hac in fabrica styli, illud quodcumque a stylo absorbetur & germen fœcundat, ad illud ipsum pervenire possit, quum corculum interiore cortice circumdata & undique munitum nihil accipere possit de eo quod inter utrumque corticem ex styli cavitate adfertur. Ceterum intra binas istas styli membranas idem pulvis cellulas replet, perque illas pellucet, prorsus eodem modo ac in omnium reli-

q) LUDWIG *Institut. Regni vegetab.* Lips. 1757. §. 510. „Nec styli cavitate prædicti sunt, sed medium cavum, quod assumi posset, cellulosa tela, succo turgida, repletur.“

r) In egregio libro *microscopische Untersuchungen &c.* Nürnberg 1777. S. 69. an einem kleinen Stückchen, das ich von der äußern Fläche des Griffels (Cactus LINN.) abschnitt, entdeckte mir das Microscop fogleich vier Bündel neben einander liegender Keimröhrenchen.

s) In dem neuesten aus dem Reiche der Pflanzen. Nürnb. 1764. Tab. XIX. ZEA, ubi dicit „stylus filiformis quilibet ex multis constat tubulis, latere ramosis, ramulis apertis, &c.“

t) Lib. cit. *microscop. Untersuch.* S. 14. Die Saamenkeimchen der Staubkörner werden auf dem Stigma verbreitet, daselbst von den hervorragenden Haar-oder Keimröhrenchen angezogen und verschlückt, und durch diese in das Ey geführt.

quarum partium tumoribus. Vitium siccissime basin styli occupat lo-
gitudine pollicari, quandoque ad duos pollices & ultra, uti jam
dictum est, se extendit.

Neque quilibet cortex morbosus exterior seminis stylo pariter
morboso praeditus est, sed saepe sanus deprehenditur, siccus autem
prorsus deest. Examinavi spicas, in quibus omnium seminum corti-
ces exteiiores morbos, atque stylis pariter morbosis instructi fue-
runt, illorumque cavum prægrande cortice interno plane destitutum
erat; in aliis rursus cortex *internus* utique aderat mox sanus, mox
morbosus; verum nunquam deprehendi, stylum in *hujus* cavum ^{Stigma}_{nun-}
hiare neque cum cortice *internō* concrescere; quod denuo vulgari al.
fumite opinioni ^{quam}_{u)} repugnat. Stigma ipsum prorsus nunquam ^{morbosa}_{sancta}
morbosum vidi, sed vel deest, vel aderat, & tunc sanum semp̄ _{surriri}
feperi:

Pedicellum ipsum quoque (vel potius tantum ejus integrimenta) ^{Pedi-}
productum & tumidum atque pulvere, instar massæ compactæ con-
fertum deprehendi; absque ullo vestigio aliquius partis feminis.
_{cellus}
_{morbosa}
_{sus.}

Ipsa substantia axis spicæ nunquam in similes tumores intume- ^{Axis}
fit, licet diu quidem id crediderim & vidisse vere putaverim; atque _{spicæ}
cuilibet etiam alli certe ita visum esset: sed examine solertia tandem
conviictus sum, istos tumores esse ipsas valde tumentes squamas in-
feriores calicum, quæ ex ipso margini inferiori cujuslibet receptaculi
proprii, cuius fibræ fere ligatae in tumorem ipsum usque continuatae
funt, producuntur, ut supra § II. jam docui. Plures ejusmodi spicæ,
quæ fere me deceperint, valde imperfectæ, earumque plures glumæ
calycum pedicellis, hinc & corollis destituta fuerunt.

Pedunculus spicæ feminæ morbosus, eodem prorsus modo ^æ _{Peduncula}
ejusmodi culmus sese habet; spica ceterum mox siccissima mox pari-
ter morbosæ. In universum axis cujuslibet spicæ integre morbosæ _{morbosa}
semper valde macilenta, contracta & parca medullâ praedita est.
_{fus.}

u) LUDWIG lib. cit. §. 509. Stylus non tantum centro ovarii infidet, sed
valis continuatis ex ipsa quoque ejusdem substantia producitur. Idem CLA-
DIETERICH in *Anfangsgründen der Pflanzen-Kennn.* §. 457. iisdem
verbis convexum dicit.

*Spicæ
herma-
phrodi-
tæ mor-
boſæ.*

Spicæ hermaphrodite utriusque generis, tam illæ quæ semina in masculina, quam quæ antheras in femininis spicis gerunt, pariter morbosæ reperiuntur.

§. X.

*Mascu-
lina
spica
morbo-
ſa.*

Nunc quæ circa masculos flores, morbo affectos obſervavi, breviter exponam. Spicam *masculinam* ejusque omnes partes morbosæ deprehendi; ita tamen ut omnium frequentissime *filamentæ*, proxime ad antheras usque, & valvulae corollæ; multo rarius valvulae calicis; admodum raro ipſæ antheræ morbosæ occurrant: plurimæ quidem antheræ, quando filamenta morbosæ fūnt, marcidæ utique, vix non omnes absque polline fecundante, cæterum bene formatæ fūnt: ut tamen etiam reperiantur, quæ fanifimæ filamentis morbo affectis infideant; nunquam vero vice versa.

Filamentis morbosis eadem prorsus fabrica & habitus est, ac intumescentiis valvularum floris feminine (Fig. IV. a. b. d.) hinc jam dicta non repetam. Sæpe quidem aliquot modo, sed sæpe etiam omnia sex filamenta suis antheris praedita ejusdem glumæ calicis morbosæ vidi, iisdem figura cylindrica aut conoidea est, sepissime antheris, quæ facile decidunt, destituuntur; multa eorundem reperi quæ octies naturalem longitudinem superabant; verum tam longitudo quam crassitudo quam maxime variant.

Anthera morbosæ brevior est quam fana, neque tam insigniter intumescit, proportione fervata quam reliquæ partes morbosæ; imo nunquam integrâ antheram morbosam, verum vix ultra dimidiam partem malo affectam deprehendi.

Nunquam omnes flores ejusdem spicæ morbosos offendit, e contrario longè maxima pars eorundem, semper fana a me reperta est. Spica masculina licet morbosæ existente reliquam totius plantæ partem fanifimam sœpe vidi.

§. XI.

*Culmi
morboſi
ratio.*

Jam tumores in culmo occurrentes qui omnium maximi sunt, quoque describam. Locus quo primum oriuntur ipſa genicula sunt, seu potius ex ipſis geniculis, eo loco, quo folium circulum absolvit & pedun-

culus emergere solet, nascuntur; ita scilicet, ut ex infima parte articuli proximi superioris propullent. Ratio ictius in ipsa fabrica ipsius geniculi querenda, quæ prorsus singularis est, quam vero hic exponere nimis longum esset. Basis tumoris, seu ipse locus culmi morbosus, admodum angustus est, sed mox late fere diffundit: quandoque morbus ultra progreditur, atque sursum in linea recta & angusta tendit, ita ut ab uno geniculo, ad alterum superius usque, unus continuus tumor sit, verum ad geniculum inferius maximum ejus volumen deprehenditur. Habitus eorundem tam externus quam interius prorsus idem est ac ille tumorum calicis & corollæ spicæ femineæ (Fig. IV.), hac cum differentia quidem, quod ejusmodi tumorum culmi cellulae longæ non directionem culmi, sed horizontalem potius sequantur, aut segmenta circuli describant. Pulvis quo cellulæ turgent plane idem est ac ille reliquarum partium morbosarum.

Membrana tumores culmi investiens simplex quoque & unica est, epidermis scilicet, ejusque habitus idem ac ille membranæ in tumoribus spicæ. Morbus itaque pariter integumenta tantum culmi occupat. Hisce tumoribus etiam idem nascendi modus est, eademque phœnomena ostendit quam quæ in jana memoratis partibus dicta sunt.

Prorsus singulare exemplum culmi morbosæ breviter exponam. Singula
lare ex
emplum
culni
morbosæ
Culmus gracillimus, quem exsciatum demum examinavi, ad secundum geniculum, ab inferioribus incipiendo, sanissimus erat, omnis vero reliqua pars sex geniculis constans tota quanta morbosæ fuit; e morbosis geniculis tria priora tantum distinctissime apparuerunt. Integrum intervallum inter bina genicula replebat unicus tumor, qui ipsa hæc culmi pars morbosæ erat; idem dissectus præter alios jam descriptos in culmo occurrentes tumores nil peculiaris ostendebat, ejusdemque prorsus struture erat, excepto quod hujus cellulae directionem culmi, verticalem scilicet, servabant. Medulla alba & nitida, quæ axin culmi legit, in superiore hujus morbosæ parte prorsus deficiebat, neque cavum loco medullæ aderat, deerant quoque fibræ simplices ab uno geniculo ad alterum medullam perforantes; ut ita pateat, ipsum medullosum apparatus nullatenus morbosum esse, sed revera deficere, & modo integumenta culmi adeo morbosæ degenerare, & intumescere. Culmus iste in spicam masculinam non

terminabatur, sed truncatus quasi erat. E primo & secundo geniculo morbo egrediebantur spiculae feminæ admodum minutæ & suis foris vaginæ ad instar obvolutæ; ad reliquæ genicula folia partim morbosæ emergebant.

§. XII.

*Folia
morbosæ.*

Folia tam culmi quam pedunculi constanter & privo modo ad ipsa genicula oriuntur, seu potius ibidem tantum ex explanato cortice formantur. Hæc vel tota quanta morbosæ sunt, vel quoad partem tantum, hoc in casu superficies folij hinc inde tuberibus plus minusve elevatis atque diffusis obsesta quasi est. Rarum prioris autem casus exemplum recensēbo; quo scilicet omnia folia pedunculi octo vel plura supra se invicem incumbentia tota quanta morbosæ obser-vavi, ita ut eadem agnoscere non potuissim, nisi nonnullorum apices minori gradu morbo affecti fuissent; intus ipsa spica, ac si abrupta esset, prorbus deficiebat. Tumorem insignem hæc folia morbosæ re-serefabant, cujus singula folia decerpi potuerunt; cuilibet utraque superficies argenteo colore splendens, & polita, cæteraque omnia per-indæ ac in reliquis tumoribus erant; eorundem habitus internus cel-lulosus erat, cellulæ admodum longæ & pulvere turgidae, qui per involucrum, quod simplex, & unicum est, pellucet.

§. XIII.

Pulvis.

Absoluta hūnc partium affectarum descriptione tumorumque in-dole, nunc & ipse pulvis ejusque natura proprius rimanda venit. Ve-
rum prius de singulati phænomeno, quod mihi inter innumeræ
morbosæ spicas, quas examinavi, semel tantum occurrit, mihi di-
cendum est. Spicam, quam descriptum eo, exsiccatam demum exami-navi; ejus inferior tumorum pars intus loco pulveris illius subtilif-simi, fovebat substantiam tenacem flexilem, extensilem, atque pel-lucidam fusco colore præditam, & instar cartilaginis mollioris scissi-lem; eadem manducata lingua evidenter saporem acidulum, gratum, tartaro vini haud absimilem imprimebat; hanc sequebatur substantia nigerrima, siccior & priori fragilior, quæ excipiebatur ipso pulvere,
a vulgari tumorum impalpibili haud diverso.

Et jam ipsius pulveris proprietates & analysis chemicam exhibeo, qua in re neminem ante me versatum esse puto.

Color pollinis tumorum utplurimum cum levi viriditate fuscus est; quem colorem si arte exprimere vellet, se illud pigmenti genus quo^r *Bijire* vocatur cum pauxillo *Umbræ* adhibitum esse, pictor mihi asleveravit. Nonnulli autem tumores pulvere magis nigrante referti sunt.

Odor. Aëre libero si exsiccatur pulvis omni prorsus odore caret. Tumores recentes atque dissecti mucidi quid spirant, haud molestum.

Naribus exceptus pulvis, pulveri tabaci non affuet, vix sternutationem & ne irritationem quidem movet.

Sapor. Vix ullus, neque verbis exprimendus.

Effectus, quos pulvis in corpus animale edit, infra fuse dicentur. *Tingendi facultate* destituitur idem pulvis; scilicet aquam communem frigidam non tingit; neque eandem subit, nisi diuturna agitatione & hac cessante iterum fecedit, & aquæ innatæ, neque aquæ frigidæ saporem impertit. Verum se habet instar feminis Lycopodii; quod scilicet aquæ inspersus digitum in eandem immersum ambiat, & siccum prostet. Diuturniore infusione ab aqua tandem penetratur & partim fundum vasis petit. Flammæ candelæ inspersus pulvis scintillat, verum non pulveris Lycopodii more flammat. Cum oleis unguinosis mixtus pulvis mox in pultem coit. Spiritum Vini citissime absque agitatione subit, sed immutatus mox totus quantus ad fundum vasis se præcipitat. *Compingibilitate*, (sit venia voci) prorsus caret, neque puls glutinatoria ex eodem parari potest.

Gravitas. Pollex cubicus pulveris probe siccii & in vasculum cubicum immisii non autem impacti pendet drachmam unam & quinq^{ua}ginta duo grana.

Microscopium compositum sifit globulos minimos, utplurimum sphæricos & plus minusve diaphanos, globulis pulveris Lycopérdi bovitæ, quos cum his sub eodem microscopio comparavi, utique paulum majores. Nequaquam equidem sentire possum cum Cl. BONNET x), qui existimat, in hoc polline indubitanter reperiri anguilulas NEEDHAMI vel Cl. ROFFREDI.

x) Lib. cit. pag. 328.

Infuso- Grana (seu Globuli) ipsius pulveris sunt subpellucida integra incor-
nis pul- rupta, (quod probe notandum, quum ostendat ex corruptione eo-
veris rum animalcula non oriri) quæ quandoque moveri inexercitato videri
mei. possint, sed alia speculi inflexione apparet esse animalcula quæ motu
Ani- suo istos globulos loco pellunt.
malcu-

Aliæ vesiculae apparent hyalinæ, minus perfecte sphæricæ, im-
 mobiles, diametro paulo ultra duplam præcedentium, rariores; quæ
 quid sint ignoro. Animalcula non sunt, neque sane etiam moleculæ
 pulveris; neque etiam per suadeor esse meras vesiculas aëreas.

Ipsorum animalculorum maxima sunt pyriformia, parte ante-
 riore angustiore, altero margine paulum sinuato, subcomplanata;
 (ita tamen ut dum in latus conjecta natant, inferior superficies non plana
 esse videatur, qualis est Cyclidio Pediculo, quod vero ipsum ani-
 malculum mihi videor etiam currens vidisse in membranis pulvri infuso
 mixtis, uti Cl. MÜLLER in Hydra discurrere observavit): interaneis sunt
 vesiculosis; saepe parte posteriori paulum obscuriora, quasi crassiora ap-
 parent; aliquando quasi emarginata esse videntur. Natant satis celeri-
 ter, gyrando se in omnem sensum; sed præcipue circum axin.

Cum nullo Cyclidiorum Cl. MÜLLERI *Hist. Verm.* convenit, ne-
 que in ejus *Prodr. Zoolog. Dan.* speciem aliquam novam huic meæ
 respondentem reperi. *Cyclidium Acinus*, ob similitudinem cum acino
 uvæ baccae, vocari posset.

Alia animalcula adfuerunt magis hyalina, minora, copiosiora,
 magis elliptica, minus altero latere sinuata. Iis motus fere idem.

Alia adhuc minora, nihil interaneorum ostendentia, elliptica,
 motu citiore, brevi via in varias directiones euntia & redeunta,
 quæ in horum observatione minus exercitatus determinare non audeo.

§. XIV.

Analy- Pulveris uncias tres cum dimidia primo cum aqua destillata in
sis che- machina Papini *) coxi y): ne autem liquidum ullam labem ferream
mica. contraheret,

*) Usus fui digestore excellentissimi Viri SCHURERI, Physices Professoris
 celeberr. cui meo Præceptorum summe colendo solemnem hic refero gratiam.
 y) Idem extractum etiam simplici, verum protractiore demum coctione, ob-
 tinui.

contraheret, pulverem simul cum aqua vase vitro indidi, atque hunc demum machinæ immisi. Pulvis ab aqua ebulliente cito penetrabatur, & fundum vase petebat, eademque pulcre colore aureo inde tincta evasit, nec tamen de suo colore pulvis quidquam perdidit; sapor vix ullus, subvinosus quidem cum vestigio dulcedinis, minime salinus ei erat. Odorem, lixivio cinerum simillimum spirabat. Evaporata leni calore ad syrapi consistentiam aqua, odorem oxymelis gratum sparsit; jam ejus sapor intense salinus, obscure acidulus cum vestigio dulcedinis erat & amaroris omnis expers. Heliotropii tinturam in late rubrum colorem mutavit; cum sale tartari autem non effervescit. Evaporata tandem aqua ad consistentiam extracti, infar omnis extracti vegetabilis humiditatem attraxit & quidem fatis avide. Extractum ipsum fuscum, salinum multum, acrene non carens, evidenter acidulum atque gratum & sapore & odore erat; ardentibus carbonibus commissum intumuit, excanduit absque flamma, fumumque sparsit album, non acidum & parci odoris. Ut partium extractivarum pondus eo accuratius determinari posset, extractum prorups exsiccavi, quod tunc drachmas quinque & totidem grana pendebat. Residuum pulverem denuo cum aqua destillata in papiniano digestore coxi, verum nihil ulterius huic menstruo communicavit. Eiusmodi pulveri ab extractione residuo & probe siccato, cum superfudissem alcohol vini, rite digestissim & filtrassissem, is vix tinctus apparuit. Idem adhibitus spiritus ab addita aqua destillata, vix turbatus est neque resinae quidquam ad fundum dimisit. Decoctum ejusdem pulveris calori temperato & libero aëri expositum post triduum circiter fermentare incepit, & odorem halecum sparsit, post turbidum factum tandemque pellicula obductum est & valde foetuit, sic quatuor septimanis post Heliotropii tinturam adhuc in rubrum mutavit; qua in re pulvis meus ab illo *ustilaginis* (*Carie*) maxime differt, eo, quod decoctum hujus in fermentatione constitutum syrumpum violarum in viridem mutat, teste Cl. TESSIER 2).

Extractum spirituosum ex integro pulvere parare quoque tentavi, verum alcohol vix aliquid recepit. Ulterius dein in analysi progressus sum; unciam unam cum dimidia istius pulveris in cucurbita vitrea

2) Lib. cit. pag. 228.

Balneo arenæ commisi instituique igne gradatim aucto destillationem. Prior, quæ sub forma spiritus leviter lactescens prodiit portio nau- seosum odorem vegetabilem retulit; eum exceptit statim empyreumaticus, cui drachma una & sedecim grana adulti olei pulcherrimi ru- bri coloris admodumque tenuis superiatabat, æquabat iste spiritus drachmas tres; aucto adhuc calore, cucurbita igni nudo exposita, in excipulum transibant spiritus magis coïncentrati & flavecentis grana viginti tria & olei empyreumatici absque tenacitate spissi drachmæ duæ & grana decem, quod in excipulo consilientiam butyri acquisi- vit, adeò ut calorē admovere coactus fuérim quo colliqueretur & ex excipulo efflueret. Spiritus pér destillationem obtentus, atque ab oleo, quantum fieri potuit, separatus linguae saporem acidum urentem & empyreumaticum impressit. Colorēm cœruleum succi Heliotropii mox in dilutè rubrum vertit; cum sale tartari evidentem effervescentiam obtulit; ubi hunc spiritum addebam solutioni mer- curii in acido nitri, hujus color in pulcre rubrum transiit & statim præcipitatum obtinui laterito colore præditum, quem etiam post edulcorationem adhuc retinuit. Eundem spiritum cum sale tartari puro saturavi & tunc crystallos minutissimas cubicas aliasque prismaticas pyramide auctas microscopii ope inveni. Saporem dicere nequeo, quia olei empyreumatici, cui aliquid adhuc adhæsit, sapor illum salis obfuscavit. In collo cucurbitæ sal album, crystallisatum, arbusculas referebis deprehendi, quod tria grana circiter peperidisset; si colligi potuisset. Inter has nonnulla crassiora spicula réperi, quæ sub mi- croscopio lustrata laminam rhombæ referabant. Sapor hujus in collo harentis salis medii salis esse mihi videbatur. Odoris exp̄ers præter empyreumaticum erat. Carbo residuus polleni nigerrimum referebat; pendebat drachmas tres & grana septem, qui absque ulla decrepitatione in igne consumebatur.

Carbonem combussum, qui durante labore odorem evidenter urin- nosum spargebat; & cinerum collegi grana triginta sex, quæ in aqua destillata coxi, unde post filtrationem & evaporationem magma sali- num alcalinum, quod cum acido nitri effervebuit, obtinui.

Ast hic carbo dum comburitur habet se fere ad instar pyrophori, accessu enim aëris, ab igne antea jam remoto vase mox ignescere incipit, nec tamen in flammam erumpit & in cinerem sensim ver-.

tur: quum e contra in vase clauso intra medios ardentes carbones nigerrimus semper maneat; verum si semel candens carbo denuo operculo tegitur, is fere in totum candere cessa^t, remoto iterum operculo, carbo rursus ignescere incipit, & sic idem quantum lubet per duas horas & ultra repeti potest absque ut denuo igni admoveatur; idem phœnomenon quoque observavi dum integrum pulverem combussum; id quod Cl. TESSIER a) circa pulverem *Ustilaginis* (*Carie*) & b) circa illum *Uredinis* (*Charbon*) observavit; verum auctor c) minus recte dicit, cinerem pyrophorum largiri, quum sit ipse carbo qui hoc præstat; ceterum a genuino pyrophoro longe adhuc abest; carbo enim perfecte refrigeratus, terte non iterum ignescit; verum quamdiu is parum adhuc calet, tamdiu moleculæ quædam adhuc cudent, & per pauca jamjam sufficient, ut accessu aëris reliquæ omnes cito in motum igneum rapiantur. Meus pulvis magno caloris gradu demum flamمام capit, eo scilicet quo oleum in auras elevatur & aër inflammabilis extricatur; vapores enim proprie tantum accenduntur atque deflagrant, hinc ratio cur flamma, dum accensa candela super crucibulum tenetur ab alto, perinde ac vapor extincta candelæ accendi se patitur, deorsum in illud fese precipitat; si operatio fit in vase, cui angustum orificium est, flamma ultra dimidium pedem alta, hoc lambit. Integer pulvis ardentibus si inspergitur carbonibus cum insigni decrepitatione instar salis culinaris vi aliqua dissilit, atque scintillat nec tamen in flammam erumpit, sed cum insigni foetore vegetabilis combusti; verum decrepitat tantum in libero aëre, hinc lebes si operculo obtegatur decrepitatio haud amplius contingit. Pulvis tam *Ustilaginis* (*Carie*) quam *Uredinis* (*Charbon*) non decrepit, faltem Cl. TESSIER l. c. de hoc phœnomeno nihil refert. Quantum tumores *Maydis* morbi a natura Lycoperda sp̄eratum urinosum, nullum acidum; tumores e contra mei morbi nihil urinosi destillatione largiuntur.

-
- a) l. c. pag. 235.
b) l. c. pag. 314.
c) l. c. pag. 341.

§. XV.

*Aërum
Species
e polline
tumo-
rum ob-
tentis.* Circa fluidorum aëriformium examen paulo fusior ero, quippe quod phœnomena sicut memorabilia utique vix jam observata, faltem quantum mihi notum est nondum descripta leguntur. Ad hoc examen instituendum usus sum apparatu selectissimo Cl. EHRMANN, J. U. L. in physicis meritissimi viri atque Praeceptoris pie colendi, cuius ope & manuductione in hisce laboribus magnopere me adjutum esse grata mente profiteor.

Ope apparatus chemico-pneumatici duo pollices cubici sinceri pulveris, destillatione sicca e cucurbita vitrea, igni nudo exposita; postquam aër vulgaris ope fuscitati caloris omnis fecerat, eructaveret summatim 96 pollices cubicos aëris qui admodum odorem empyreumaticum spiravit.

Priores 24 pollices cubici præcipuas proprietates aëris fixi puri, nequidem gravitate ejus specifica excepta omnino habebant. Nihilo fecius ab eo plane diversus est. Scilicet privatus omni illa portione quam aqua, spatio quinque dierum, nulla accidente quæflatione, absorpsit, & quæ $\frac{2}{5}$ partes æquavit, remanebat aër omni dote inflammabilis, qui Eudiometro Cl. FONTANÆ exploratus dedit $\frac{9}{100}$, i. e. mensurâ hujus aëris cum æquali quantitate aëris nitroſi mixta $\frac{9}{100}$ partes absorptæ fuerunt.

A flamma admota accendebatur parva cum detonatione deflagrabatque lente & flamma continua violaceo-purpurascens ad fundum vasis usque. Reliqua quantitas quæ 72 pollices cubicos æquabat; aër inflammabilis, non perfecte quidem purus, aquæ con-nubia quippe non prorsus reformidans, erat. Verum is una præcipue qualitate prorsus singulari, & haec tenus in aëre inflammabili qualicunque ratione etiam is obtentus fuerit, nondum observata, oppido memorabilis est. Scilicet ejus modus per frata quasi deflagrandi, ut nempe semel accensus non continua flamma ad plenariam consumptionem usque deflagret, verum certum ejus volumen modo consumatur, & tunc flamma extinguitur; & si jam denuo candela accensa in eum immergitur, is iterumflammam concipiat, perinde ac prima vice, quæ paulo post iterum extinguitur: residuus aër rufus se accendi patitur, & sic idem quater aut

quinquies repeti potest. Atque eadem res quoque succedit quando lotione ab omni inhärente aëre fixo liberatur d). Ceterum deflagrat flamma obscure cœrulea; sine scintillarum emissione more illius, quem animales & vegetabiles substancialiæ largiuntur e); & candelam cuius ope aér accensus est, si ista celeriter & profunde in aërem immigrit, extinguit, id quod cum paludigeno inflammabili aëre commune habet. Prior portio nostri aëris ita inflammabilis, quæ prodit, cum dimidio aëris vulgaris mixta, in vase aperto absque detonatione accenditur, multo vero citius deflagrat ac purus inflammabilis aës, qui lente admodum consumitur. Posteriores ejusdem portiones in vase aperto utique accenduntur cum evidenti detonatione & citius deflagrant; licet nihil atmosphaericæ aëris prout antea commixtum sit, flammaque albida jubare cœruleo coronata.

Alia qualitas, etiam memorabilis, est ejus *gravitas specifica* aëre atmosphaericæ utique gravior, in quo proinde inferiora petit; quod in inflammabili aëre si unicum ex aethere obtentum excipias f), plane contrario modo se habet. Quum enim in experimentis circa aërem inflammabilem instituendis, ob ejus eximiam levitatem probe observandum & summe necessarium sit, ut vas quo aës ille continetur inversum teneatur; ut orificium inferiora spectet; in hoc e contrario si eadem adhibetur encheiresis, omnis aës elabitur; & aëri vulgari loco cedit, adeo ut vix duobus minutis secundis elapsis, candelæ immersæ flamma nec aërem amplius accendat, nec ipsa extinguitur. Si idem vas recipiens orificio sursum verso aëre nostro repletum

d) Absorptio ipsa, elapsis quinque diebus nulla accidente agitatione cum aqua, æquabat 4 lineas in recipiente vase cylindrico cuius diameter 20 linearum erat, deinceps huncce aërem denuo sexies ex uno in alterum vas per aquam mittebamus, ut inde adhuc purior evaderet, scilicet ut ab aëre ipsi immixto, quique absorberi semet ab aqua patitur, liberaretur, & iterum duas lineas ab aqua imbibebantur.

e) Cl. FONTANA in ROZIER *Journal de Phys.* 1780. Janv. p. 120. & seq.

f) Cl. LEONHARDI *Aërologia physico-chemica recent: prim. lin.* Lips. 1781. pag. 14. *L'air inflammable tiré des substances végétales est nommé de l'orge par le moyen du feu est aussi pesant que l'air commun.* Cl. ACHARD in *Mém. de Berlin.* 1778. pag. 29. Verum autor, num ejusdem post lotionem gravitatem quoque examinaverit, num ne, prorsus tacet.

per octo & ultra minuta prima apertum in aëre atmosphærico libere relinquitur, & tum demum candela accensa hoc in vas immergitur, aër quo repletur accensus per strata deflagrat. Cum is omni alieno fibi immixto aëre, ab aqua absorbendo privatur, aëre vulgari nihilo fecius gravior manet.

§. XVI.

*Effectus
in cor-
pus ani-
male.*

Effectus mei pulveris in corpus humanum quoque nosse plurimum fane intererat & inquirere num sanitati deleterius esset, num ne: quod adeo quantum mihi licuit rimatus sum. Quum vero hujus pulveris non tantam vim mihi comparaverim, ut ejus plures uncias unico huic experimento impendere potuissim, simul & Cl. TESSIER gallinam unciis duodecim de pulvere *Uredinis* (*Charbon*) atque aliam totidem *Ustilaginis* (*Carie*) incibaverit, quod etiam cum meo pulvere minori quidem quantitate tentavi, nec inde male afficerentur, decrevi, hæc experimenta in proprio meo corpore tentare, convictus sic multo accuratius & sensibiliior quam ullo alio modo, me effectus ejusdem determinaturum esse; ideo potissimum, quia fabrica officinæ primæ digestionis in avibus adeo a nostra differt, & animalia sacerum pulvrem non afflumunt: hinc eum in finem per quatuordecim dies mane, & ventriculo jejuno eum pulvrem sensim dosin ad drachmam fere usque augendo afflumsi; vehiculum aqua fontana erat & demum duabus horis post jentavi; præter hæc adhuc excutiendo pulvrem ex ejus carceribus & eum colligendo, insignis quantitas ejusdem mihi in-vito deglutienda erat, neque minorem quantitatem naribus attraxi, attamen ne minimam quidem molestiam vel mutationem ullam in corpore inde sensi. Ructus, qui assumptum pulvrem sequebantur & vix aliquid ejus spirabant, aquæ potius tribuo; neque in excrementis ullam mutationem deprehendi. Ex hisce tentaminibus vere concludi posse puto, polleni istud insons esse; faltem nemini certe unquam casu deleterium futurum esse; imo animalibus, quæ hoc cereali isto polline quantum id fieri solet, inquinato, nutritiuntur, ne quidem vigesima pars illius quantitatis pulveris, quam ego assumsi intra idem temporis spatum, unquam deglutienda erit; modo non consulto major quantitas admisceatur. Scire enim oportet, semina ab isto pulvere vix

inquirari posse, & nullatenus posse ab illis spicis quæ totæ quantæ morbosæ sunt, istæ enim decidunt ante mæsem; præterea pulvereni difficulter a vento dispergi observavi. Et si vel maxime illud fiat, quid malum inde? Nonne spicae arcte foliis, quæ pulvri proflus accessum denegant, obvolvuntur. Igitur si unquam de polline aliquid metendum esset, hoc valeret tantum de ejusmodi spicis; quæ quoad partem tantum morbosæ sunt, verum in hisce morbosæ partes pariter ante mæsem jam quoque decidunt; insuper hoc pollen feminibus non facile adhæret, neque unquam semina vidi; quæ ita polline multum conspurcata fuerunt.

Tentandum quoque videbatur, quemnam effectum pollen istud vulnieri inperfum ederet; hunc in finem vulnieri mihi ipsi, invito tamen, ad malleolum inficto istud pollen non modo inpersi sed & intrivi; verum inde vix minimam irritationem sensi; ibidemque reactum, vulnus in pejus non mutatum est; idem experimentum illa fele repeti; absque ullo evidente effectu;

§. XVII.

Quid tandem pulvis iste proprie sit atque quos ejus fontes esse credam nunc quoque dicendum esset; verum hic malo meam ignorantium fateri quam meram hypothesin tentare eandemque Lectori Benevolo obtrudere. Admodum multis succos plantarum recentissimos ipse examini subjici, & microscopio composto lustravi, verum semper neque globulos, omnium minime globulos in motu constitutos pollini que nostro similes, videre mihi contigit g), quod contra Cl. AYMEN dictum esto h) secundum quem pulvis tumorum nil nisi exsiccata animalcula iufusoria forent; observationibus enim microscopicis is compertisse dicit; succum nutritium plantarum multa continere corpuscula sphaerica, certe figuræ & magnitudinis, motuque determinato præ-

g) Succos quos examinavi sola manu e plantis exprefsi; absque prægressa earundem in mortario contusione, quod consulto anno; quia in ejusmodi succis posteriori ratione obtentis, utique globulos pulvri tumorum similes deprehendi.

h) Lib. uit: Tom: IV. pag: 369: & seq:

dita, atque pulverem mei morbi habere similia corpuscula. Verum autor, qui nunquam succos recentes examinavit, uti ex propriis ejus verbis patet, ipsa animalcula infusoria, mora ibidem evoluta, pro globulis pollen constituentibus habuit; & ad suam sententiam magis adhuc corroborandam JOBLOTUM, HUIGHENIUM, NEEDHAMUM &c. allegat; isti si legantur, luce clarissi est, omnes revera animalcula infusoria vidisse, quod & ipsi testantur. Num pulvis meus est integer succus nutritius evaporatione exsiccatus, ut Cl. AYMEN putat? Huic sententiae plura phænomena non favent. Succus insipissatus enim nul latenus pulverem impalpabilem globulis constantem sistit, neque latex ille limpidissimus insipidusque, quo tumores in primo stadio turgent, exsiccatus simile quid ostendit; porro puncta fulca per axim tumoris prius apparent, quum tamen evaporatio proxime ad illius superficiem sane maxima sit, atque tumores pulvere jam referti sunt, quando eorum membrana aut potius cellulæ huic proxime confines humore adhuc turgent & per eam pelluent. Quod sit ipse succus nutritius, saltem pars ejus, vix dubito; qua ratione autem & quanam vi is in ejusmodi pollen mutetur extricare non audeo. Ipsam succi in cellulas effusi mixtionem chemicam aliquomodo mutari vix non probabile mihi videtur. Parum fidei adhibeo Cl. AYMEN i) dum dicit, se globulos pollinis mei flavescere vidisse, quoties aqua affusa eosdem a se invicem separavit; id quod nunquam observavi; nequidem circa pulverem ab aqua penetratum & per sex septimanas imo ultra infusum. Utique tam ex prægressis quam subsequentibus autoris verbis certo elucet, se nil nisi infusoriam gentem vidisse.

§. XVIII.

*Causæ
morbi
maydis.* Jam circa causas morbi mei paulum morabor. Causæ ejus reperiundæ Cl. TILLET l. c. multum impedit operæ, sed frustra; id tamen se experimentis vere didicisse ait, non esse contagiosum, neque nigro isto pulvere conspersa grana morbidos culmos generare. Quæ etiam propria mea experimenta me edocuerunt, quum semina, quæ cum

i) Lib. cit. pag. 369.

cum isto pulvere terræ mandavi culmos sanissimos produixerint; qui autem ad altitudinem circiter trium pedum ubi pervenerunt ob incongruum anni tempus perierunt; spiculas in ipsis culmis vix formatas deprehendi morbo intactas. Minime etiam insectorum opus dici potest. Cl. AYMEN l. c. pag. 363. ex mera hypothesi, quæ vix refutari meretur; causam hujus morbi docet defectum fœcundationis esse; namque in grano vitiato nunquam germen potuit reperire, quod jam meis observatis supra pag. 16. memoratis non respondeat, quippe in seminibus utique morbos vera germina vidi; insuper omnes reliquæ partes floris feminei similes quoque monstruositates exhibent, quas vero omnes bonus vir pro totidem seminibus monstrosis habet. Ne dicam sepe integras spicas non fœcundatas ceterum autem prorsus fanas reperi, & adeo multas alias perfectas quidem spicas gerere in apice ovaria non fœcundata, tamen fana. Vix post hominum memoriam morbus meus adeo copiosus fuit ac anno præterito, & quidem non tantum hicce locorum in omni agro imo in universa provincia Alsatiae, sed in Germania quoque æque copiosus deprehensus est. Utrum nebulæ illæ siccissimæ atque simul æstuantes versus finem mensis Junii anni præteriti incipientes ad usque 16 Julii continuo perdurantes, quosque præterea tempesta pluviosa præcessit, aliquid huic contulerint num. nè, non decidam.

Non mihi suffecit tempus, ut inquirerem an ulla illartim causarum, quas alii autores Uredinem & Ustilaginem gigtiere dixerunt, meo morbo producendo par sit. Itaque neque asleverare possum stercoreandi rationem accusandam esse, uti fecit ab ENTNERSFELD k) aliquæ plures; neque naturam soli; neque nebulas humidas frigidasque, quas omnes jam dictas causas fedula ac repetita experientia Cell. TESSIER l) & TILLET m), nec non Cl. PETERSEN n) refutant; neque

k) Ut edoceor ex Cl. BECKMANN physiol. æconom. Bibl. Vol. VIII. p. 565.
l) Lib. cit. pag. 236. & seq. pag. 317. & seq.

m) Diff. cit. & suite des Expériences & Reflex. relatives à la Diff. Paris 1755: 4to.

n) Abhandlungen über verschiedene den Ackerbau betreffende Gegenstän. de. Flensb. 1768. quem novi ex BECKM. phys. æcon. Bibl. I. B. pag. 129.

accusare possum *infecta* uti fecit FORSKOHL o) & FORDICE p). Cl. GINANNI q) circa causas Uredinis & Ustilaginis dubius hæret. Evictum esse videtur *Ustilaginem* per contagium, saltem maxima ex parte, propagari r). Idem valere videtur de *Uredine*. Cl. ROFFREDI s) pulvrem Uredinis contagiosum esse haud putat; nec Cl. BECKMANN t) neque alii plures. Quantum adhuc absimus, ut veras causas morborum quæ frumenta tenent perspectas habeamus!

§. XIX.

*Remes-
dia.* Quod tandem remedia adversus meum morbum spectat, Cl. AYMEN l. c. obseruat, paniculas, quæ flores masculinos continent, plerasque resecandas esse, antequam antheræ maturescunt, si enim serius refecentur, quod agricultores in variis Gallie provinciis facere solent, tunc flores feminineos succo necessario privatos, steriles evadere, aut morbo ito infestari. Hicce locorum hæc operatio prorsus ignota est, & nihil feciis longe plurimis annis morbus vel plane non vel raro observatur.

-
- o) FORSKOHL *Anim. Itin. Orient.* p. 78. Tenebrionem arundinaceum sub larva forma arundinem niloticam exedere suspicatur, & inter corticem ac medullam in nigro-bruneam farinam convertere. Unde spicas segetum nigras & quasi adustas similis infecti arrofione fieri credit.
 p) *Elem. of Agriculture and Vegetation.* Lond. 1771. quem pariter tantum ex BECKM. phys. &c. Bibl. T. III. p. 226. novi.
 q) Lib. cit.
 r) VON GLEICHEN *microscop. Untersuch.* nec non Cell. TILLET & TESIER loc. cit.
 s) *Journal de ROZIER* Tom. V. 1775.
 t) Cl. BECKMANN l. cit. XI. B. p. 353.
-

A D D E N D A

Ad pag. II. Nec magnum HALLERUM meus morbus latuit; etenim in *Bibl. Botanica* T. II. pag. 445. occasione observationis TILLETI dicit, frequens esse etiam in nostro Bernensi pago malum,



W. & J. G.







